

# EPYSTOŁA

quoquo modo aut à quocunq; hominum laudem vel laurum in mustaceis meis quærere longissimè absit. Probari autem à probis & rem intelligentibus, si me velle negem in iis quæ si non optimè, ( neq; enim id fert humana imbecillitas ) probè tamen aut saltem non malè à me ut fiant, officii & conscientiæ ratio requirit, hoc inquam si negem perfrictæ fortasse frontis judicer. Hujus mei votis spe elaborasse me hunc libellum, etsi mihi testis est conscientia mea; ut tamen compos fiam metuere me facit ingenuorum & judiciorū diversitas. Si enim nihil aliud Methodum saltem sub novitatis præcipuè titulo qui reprehendant, ut meum fert augurium, non deerunt. Vapulandum scilicet erit, ut Sosiae Plautino non volenti, sed pol profecto